© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

W. Horn: *Cicindela excisilabris* (nov. spec.).

Labro brevi flavo, parte media antica late breviter producta et in medio excisa; capite supra subtusque nudo, fronte ut pronoto subtilissime sculptis (fere levigatis) ad basim orbitarum leviter subtiliter striolata; pronoto ad margines laterales sparsim pilis longis accumbentibus ornatis; elytris quoque inter punctum flavum supra-apicale et marginem liberum et inter illud et maculam mediam ocellis affectis; pectore abdomineque lateraliter pilosis. — Long. $6\frac{1}{4}$ mill.

1 ♂: Neu Guinea.

C. pupillatae Chd. *simillima, differt labri parte media antica latissime breviter producta, ut paullo longius sit; striis frontalibus subtilioribus; pronoti maxima latitudine vix pone sulcum apicalem, margine toto laterali sparsim longius piloso; elytris paullo densius subtiliusque punctatis, angulo humerali magis rotundato, sutura evidenter sed breviter spinosa, lunula humerali solummodo humerum ipsum occupante (non scutellum versus prolongata), macula media dissimili (linea tenui modice longa in medio margine sita striam tenuem rectangulariter fere usque ad medium discum emittente); subtus simili modo sed paullo latius densiusque piloso (prothoracis episternis et mesothoracis epimeris — episternis mesothoracis fere totis nudis, solummodo medialiter sparsim pilosis — paullo magis pilosis, totis metathoracis episternis, toto metasterni abdominisque margine laterali sat late hirsutis); articulis 2 primis antennarum viridescentibus; femoribus paullo magis viridescenter indutis.*

C. Ribbei m. *etiam similis, differt labro antico exciso, antennarum articulis* 3⁰ *et* 4⁰ *cum femoribus tibiisque minus metallescentibus (magis flavescĕntibus); pronoto ante medium magis dilatato lateraliterque sparsim longe piloso; signatura differente: lunula humerali conclusa, macula media confer supra, puncto supra-apicali minore paulloque magis a margine remoto, stria marginali apicali magis tenui et usque ad suturam ducta, ocellis quibusdam inter maculam mediam et punctum supra-apicale collocatis; elytris etiam in disco discrete subtiliterque (bene visibiliter) punctatis; pubescentia corporis inferioris vide supra.*

Differt a C. innocentiore m. *statura breviore; forma labri; prothorace in medio et antice dilatato, pronoti marginibus lateralibus pilosis; lunula humerali; abdominis lateribus late pilosis; 2 primis antennarum articulis viridescentibus, etc.*

Das einzige mir augenblicklich vorliegende ♂ von *C. pupilligera* Chd. hat — wohl zufällig — die Scheibe des Pronotum auffallend gewölbt. Die Unterschiede den übrigen zahlreichen Arten derselben Gruppe gegenüber ergeben sich aus den früheren Beschreibungen.

Es scheint übrigens in dieser Gruppe, daſs die Fld.-Ocellen bei Ex. mit fehlenden bräunlichen Scheibenwischen so sehr zurücktreten können, daſs bisweilen nichts mehr von ihnen zu sehen ist.

Der Penis von *C. pupilligera* Chd. läuft in eine dünne lange gebogene Spitze aus; der von *C. excisilabris* endigt ziemlich stumpf und schickt dann fast rechtwinklig einen dünnen langen stiftförmigen Fortsatz aus (ich glaube nicht, daſs letzterer ein Artefact ist!).

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Deutsche Entomologische Zeitschrift (Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche Entomologische Zeitschrift in Vereinigung)

Jahr/Year: 1905

Band/Volume: 1905

Autor(en)/Author(s): Horn Walther Hermann Richard

Artikel/Article: W. Horn: Cicindela excisilabris (nov. spec). 160